

quod me non movet aestimatione,
verum est *< m >*nemosynum mei sodalis.
Nam sudaria Saetaba ex Hiberis
15 miserunt mihi muneri Fabullus
et Veranius; haec amem necesse est
ut Veraniolum meum et Fabullum.

13

Cenabis bene, mi Fabulle, apud me
paucis, si tibi di favent, diebus,
si tecum attuleris bonam atque magnam
cenam, non sine candida puella
, et vino et sale et omnibus cachinnis.
Haec si, inquam, attuleris, venuste noster,
cenabis bene; nam tui Catulli
plenus sacculus est aranearum.
Sed contra accipies meros amores
10 seu quid suavius elegantiusve est:
nam unguentum dabo, quod meae puellae
donarunt Veneres Cupidinesque.
Quod tu cum olfacies, deos rogabis,
totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

che mi preme non già per il valore,
ma è pur sempre il *souvenir* d'un mio compagno.
Fazzoletti di Jàtiva m'hanno inviato
15 in dono dalla Spagna Fabullo
e Veranio; è doveroso che li tenga cari,
come tengo cari il mio amato Veranio e Fabullo.

13

Ti invito, o mio Fabullo, ad una lauta cena,
fra pochi giorni, se te lo consentono gli dei,
purché sia tu a portarti la cena abbondante
e succulenta, non senza uno splendore di ragazza
, e vino e sale e un mucchio di risate.
Se – come dico – sarai tu a portare tutto ciò, ti invito,
bello mio, ad una lauta cena. Purtroppo il borsellino
del tuo Catullo è pieno solo di tele di ragno.
In cambio avrai una sincera accoglienza
10 e in aggiunta quello che c'è di più attraente e raffinato:
ti offrirò il profumo che Veneri e Amorini
hanno donato alla ragazza del mio cuore.
Tu, o Fabullo, quando lo sentirai, pregherai gli dei
che tutto ti trasformino in naso.

12. *movet aestimatione*: *monet extimatione* O
Calph.): *est nemo sinum X nemo est sinum O* 13. *est < m >*nemosynum (*est mnemosynon*
14. *Saetaba*: *setaba D²* *sethaba X set-*
taba O thessala D | *ex Hiberis D²* *Ven.: exhibere V ex hibero η* 15. *numeri X² m²*
D: numeri V 16. *amem D A: ameni V almeni R* 17. *ut θ: et V*
13, 2. *di: dili G O* 6. *inquam θ: unquam (im- O) V* 8. *sacculus D Ital.:*
saculus V 9. *meros: meos O* 10. *quid γ Ven.: qui V quod X² D*

17. Plin. Nat. hist. praeaf. 1
13, 9. Martial. XIV 206, 1